

P. Becker

[1827-1829]

C. Sallustii Crispi vindiciae

Scripta Sallustii, quaequam et apud Romanos et apud om-  
 nes ceteros populos summa laude ramulata sunt, et in-  
 ter illius laudatores tales non defuerunt, qui illi primum  
 inter Romanos rerum gestarum scriptores locum cede-  
 rent, eumque Romanorum Thucydidem vocarent, tamen  
 a rebusisimis jam temporibus ejus vita magnis vitiis  
 maculata esse traditus, atque illud divulgatum est, Sallu-  
 stium aliter scripsisse, quam cogitasse et visisse. Sed si  
 Sallustii scripta omnino contra suam ipsius vitam essent,  
 eo majorem sibi contraxisset sanis invidiam, quod, quam-  
 vis virtutis penitus esset, honestissima quaeque omisit, at-  
 que vitia se dedisset. Hoc si fecisset <sup>se</sup> omnium civium invidiam  
 odiumque sibi adducere necesse erat, quippe qui, antea homi-  
 num pessimorum pessimus atque juvenum immodestissi-  
 mum immodestissimus, occasione data, suae aetatis moni-  
 tor existeret, atque (Catil. cap 3.) vitia sibi propria eo  
 excusaret, quod suum tempus, ad pessima quaeque prohibe-  
 dam naret. Talem in Sallustio flultitiam invenire non  
 possum; nam cum temporibus illis corruptissimis vitia  
 omnibus tam communia essent, ut infortium nume-  
 rus magis magisque diminueretur, causam video  
 nullam, cur Sallustius, si vere talis esset, qualis fuisse nar-  
 ratur, homo libidinosisissimus atque pessimus, vitia sua  
 excusaverit. Ille, si genus vivendi, quod ei vitio vertitur,  
 vere ejusmodi fuit, ~~excusaverit~~ ~~excusaverit~~ ~~excusaverit~~, mentione de vita

sua facta nulla, statim ad describendam aetatem progressus  
esset. sed res aliter se habet, et hanc ob causam iure dubita-  
tur, quin Sallustius homo fuerit nefas, et aliter vixerit, ac  
scripserit. Nam mihi quidem nullo modo persuadere pos-  
sum rerum gestarum scriptor, si homo <sup>em</sup> praeus, de se ipse  
tam benigne loqui ausum esse, quin omnium hominum  
odio oppressus fuerit. Quae quum ita sint, Sallustii vin-  
dicationem susceperimus, de cuius vita honesta nostris tempo-  
ribus rursus nonnulli dubitaverunt, in primis Loebellius  
in libro Germanico conscripto (zur Deutschlung des C. Sallus-  
tius Crispus), cui Frofcherus in Sallustii nova editione (p. xi)  
in libro, quem de Sallustii vita et moribus ~~scripsit~~ pro-  
misit, sed ad hoc usque tempus, quantum scio, non edidit,  
assensit. At tamen Sallustius noster nihilo minus doctis-  
simus aequatus est patronos, inter quos primus est Gottlieb  
Cortius in Sallustii editione, quam Fabricius in Bibliotheca  
latina, ab Ernesti aucta, (Tom. I. p. 244 seq.) iure laudat. Et  
ille clarissimus, Cortius, qui, ut Fabricii verbis utar, pri-  
mus hoc seculo in scriptore antiquo edendo et tractando rec-  
tam viam ingressus est, ~~scripsit~~, in praefatione (p. 1. 2) ineptissimum esse, paucis  
~~verbis~~, offendit, si quis, veterum testimoniis non sufficientibus fideus,  
Sallustium vita monstrosam nominet atque putet. Nam  
ea, quae nobis ex antiquitate de eo tradita sunt, tantae sunt  
levitatis, ut facile refutari possint, et, quanquam offedere volu-  
mus, Sallustium fuisse summam castitatis virum, tantum  
tamen abest, ut scelera atque malorum fastidium paene  
superatum habuerit, ut, quantum ad vitam, aetate suae con-

37.  
venienter vixerit, itaque libidini non omnino abdicavit, neque  
vicio tali, ratione vitam degit, quali nonnulli veterum scrip-  
tores mentionem fecerunt. Cortium, qui primus tanta huma-  
nitate in scriptis viri clarissimi edendis usus est, Wielandus  
in secunda primi libri satira Horatiana interpretanda  
sequutus est, et eis, quae Cortius paucis verbis adombra-  
verat, fassus explicatis, vindicias Sallustii concessit, qui-  
bus, cum locus ille Horatianus de vita Sallustii libidino-  
sa tantum agat, id vitio verti non potest, quod de Nu-  
midia spolianda, quae res nostra quoque crimini datur,  
nihil adjecerit. Haec accusationis caput, cum neglectum  
esset, Rosii ad librum conscribendum animum impulit,  
ac talia literis mandavit, quae Sallustium quidem  
a libidine scelerata absolvent, sed Numidiae spoliationem  
ei crimini darent. Hunc librum, cuius Loebellius Frofche-  
rus atque nonnulli mentionem fecerunt, parare mihi non potui,  
atque hanc ob causam de illo meum retineo iudicium.  
Muellerus in libello, quem de Sallustii vita vindicanda  
scripsit (p. 6) de Rosii libro nonnulla facit verba, id  
iure ei vitio vertens, quod Macrobius et Symmachus  
summa fide dignatus esset; iterum Muellerus ille  
Sallustium a vita libidinosa et Numidiae spoliatione  
atroci vindicavit, quae vindiciae Loebellio, de quo iam  
supra dictum est, libri conscribendi occasionem, cum  
alter ad altero dissentiret, praebuerunt.

Viri doctissimi dubii sunt utrum Sallustiorum gens patri-  
cia fuerit, an plebeja. Utrumque defensores nactus  
est, sed plebejan fuisse, ut Johannes Clericus, quem Wielan-

Dus et Frofcherus fequente fante, in C. Crispi Salluftii vita narrat, ex eo liquet, quod Salluftius Tribunus plebis fuit. Videas Africanum Pedianum in commentario, quem de Licionis oratione pro Milone fcripfit, pluribus locis (Heldina ab anno 1522. p. 86. 91. 92) Neque, quod Muellerus p. 15 l. l. putat, Tacitus (Annal. lib. 3. cap. 30) huius opinionioni aduersatur. Sine anni concessere vita insignes, inquit, viri L. Voluptus et Sallustius Crispus. Voluptus etc. — Crispum, Equitii ortum loco, C. Sallustius, rerum Romanarum florentissimus auctor fororis nepotem in nomen adfoiuit. Hunc locum ita quoque, ni fallor, intelligere possumus, ut Sallustii foror, quanquam e familia plebeja nata, equili cuidam nupferit, et filium pepererit illum, quem Sallustius avunculus, propter divitias, adoptaverit.

Duo tantum Sallustii memorantur, quorum alter rerum Romanarum fcriptor, alter ejusdem nepos fororis fuit. Sed quamquam non uno eodemque tempore vixerunt, quamquam uterque alio munere functus est, facis fime tamen accidisse videtur, ut alter cum altero commutatus fit, unde, cum nepos dives et homo luxuriosus et libidini deditus esset, multa falsa de Sallustio avunculo narrata sunt. In primis ejus vita a nullis fcriptoribus nimium libidinosa vituperatur, sed falso, ut ostendere conamur. Gellius (noct. Att. lib. xvii cap. xviii), M. Varro, inquit, in ltitis atque vita, fide homo multa et gravis, in libro, quem fcripsit Pius aut de Pace, C. Sallustium

38  
fcriptorem feraci illius et severae orationis, in cupid h. ffuria notiones censorias fieri atque caereri videmus, in adulterio deprehensum ab Junio Milone viris bene caesum dicit, et quum dedisset pecuniam, dimissum. Muellerus Sallustium a vita libidinosa omnino vindicare cupiens, haec Gellii verba falsa esse contendit. Ille enim in libro suo (p. 23 seq.) persuasum se habere dicit, Gellium non de Varrore veteris, sed de aequali quodam loquutum esse, qui eodem nomine garifus fit. Hanc ut comprobet opinionem, illud se offendisse affect, quod Gellius l. l. Varrorem, auctorem illum certissimum, paucis tantum verbis collaudaverit, cui aliis locis, quorum quosdam laudat, praecleara addere solitus fit epitheta. Sed in hac re neque Loebellius (p. 25 seq. libri sui) neque ego in ejus partes alie possumus. Nam quibus verbis Gellius Varrorem magis laudare potuerit, quam quibus h. l. usus fit, non video. Verbis, homo fide multa et gravis summan laudem inesse opinor. Deinde Muellerm praeter necessitatem illud, in ltitis atque vita offendisse videtur, quod de Varrore illo veteris Gellium non dixisse putat. Nam Gellium, ut testis auctoritalem comprobaret, bonam ejusdem laudasse vitam, non ineptum videtur. Cur Gellium, Varrore mentione facta, feraxer iisdem verbis uti necesse est? cur, si hoc loco aliis verbis eum

collaudat, quam antea, statim statuerendam esse, cum  
de alio Varrone loquendum esse? Hoc a veritate eo  
magis certe abest, quam tota antiquitate unius tan-  
tam Varronis mentis facta sit. Nusquam, quantum  
scio, nomen alius affectus. Gellius porro, s. Varroem  
quendam saec. aetatis virum in mente habuisset,  
pro diligentia in rebus citandis sua, plura verba de  
eo fecisse puto; sed quum his verbis de homine  
quodam noto loquutus esset, et nos unum tantum  
tota antiquitate norimus Varroem, non dubitari  
potest, quin Gellius <sup>non</sup> de alio cogitaverit. Ceterum nostris  
temporibus hoc saepius me accidit, ut litterati, si du-  
bitant de nomine quodam, quid ad eorum opi-  
nionem non aptum videtur, alium virum, hunc  
nomine gavisum esse contendunt. Sed hoc refugium  
neque us, neque Mullero semper patet. Saem-  
pla nonnulla fortasse invenio, ubi iure recteque  
hoc concedatur; attamen h. l. Mullerus falsus  
esse videtur, nam ea, quae ad locum aliter expli-  
candum attulit, tanti momenti non sunt, ut  
nos falsae opinionis convincere possint. Praeterea  
ad Varronis testimonium confirmandum id ac-  
cedit, quod Scholasta apud Suetonium affert. Ille  
enim Satir. I. 2. v. 41. Hoc, inquit, de C. Crispo  
Sallustio dicitur, qui deprehensus ab Annio Milone  
in adulterio cum uxore Fausta, Sallae filia,

39  
flagellis caesus esse dicitur, ut refert Afronius in  
eius vita? Quae quum ita sint, dubitare quidem  
non possumus, quin huius rei narratae aliquid ve-  
ri infit. Sed videamus velim, quibus temporibus ve-  
rum Romanarum scriptor praecelsissimus vixerit.  
Vitam ad libidinem maxima tum temporis homi-  
num pars exercebat, et inter reipublicae principes  
stupra tam saepe acciderant, ut, si quis omni  
culpa vacuus esset, non homo, sed Deus videretur.  
Morum castitas tam rara erat quam nunquam.  
Quid igitur mirum si corruptione ita invalen-  
cente, Sallustius juvenis, suae aetatis effigiem sequen-  
sus sit. Fausta, Sallae filia, tantae erat pulchri-  
tudinis, ut juvenum multos alliceret, interque  
eos Sallustium, qui, quum illa non resisteret,  
armon indulset, et ab Annio Milone, marito, de-  
prehensus, eas luit poenas, quae huic crimini  
constitutae erant. Neque enim, Sallustii vindicias  
quum suscepimus, cum ab omni culpa vacare,  
sed monstrum illud libidinosum, quod perhibetur,  
non fuisse, offendere volumus. Nam quod Varro  
de Fausta stupranda narrat, et fortasse alia ejus-  
modi jure de Sallustio credantur. Haec omnia ve-  
ris temporibus non magno momenti erant, neque  
Sallustio magnum pepererunt odium, ita ut hanc  
vitam, quam postea, vir factus, cum honestissima matu-  
ritate, facile ~~non~~ juvenute excusaret.

Scholias ad Horatium Satir. I. 2. 48. his ubi verbis:  
refertur Sallustius Crispus tanto ardore insanuisse in  
libertinas, quanto moechus in matronas, quod cum  
illi in senatu a censoribus objectum esset, respondit,  
se non matronarum sed libertinarum sectatorem esse, qua-  
re ea senatu ejectus est, quod esse iuratus in Catilinae  
libello." Perspicuum est, Scholias, qui Sallustium no-  
strum in animo habuit, falsum esse, siquidem  
illud verum est, quod Varro narravit, atque de qua  
re iam disputavimus. Fulviam matronam cum Sal-  
lustius flagrasse dicatur, his verbis, quae Scholias  
affert, tangi non potuit, et haec ob causam Horatium  
de Sallustio alio quodam, fortasse de nepote (videas  
Kerndorfium ad h. l.) cogitasse, et Scholias, nomi-  
nibus commutatis locum false interpretatum esse,  
necesse est. Sed cum Dio Cassius (lib. 44. cap. 63), ab  
omni partium studio alienus, Sallustium prosum  
esse e. senatu narrat, et de re vere facta <sup>non</sup> dubitari  
potest, non defuerunt, qui Dionis Cassii testi-  
monio Scholias scribis juncto, Sallustium propter  
nimios in mulieres amores a senatu ejectum  
esse, pro certo haberent. Hoc vero falsissimum esse  
omnes fateantur, necesse est, quibus rerum status, quo  
lis tum temporis erat, involuerit. Nam cum C. Sal-  
lustius Crispus, 702 a. u. Tribunus plebis factus, ut Afro-  
nius Pedianus in commentariis, quem ad Ciceronis  
orationem pro Milone scripsit, (p. 86 Aldin.) narrat, mu-

40  
nere optimo functus esset, et contra Milonem atque  
quos amicos plurimos egisset summa diligentia,  
et, propter eadem, quam Milo in Clodium paraverat,  
inferas, populorum, saevissime convocatum, magis  
magisque excelsus, atque denique, propterea quod  
multo lenior videretur, quam Titus Munatius Plan-  
cus, aliter Tribunus plebis, cum Milone et Cicerone  
in amicitiam venisse diceretur, — Appius Claudius  
704 a. u. Censor factus, et Pompeji amicissimus  
nullos interque eos Sallustium ex senatu eiecit,  
nullo alio usus praetextu, quam quod contra  
Pompejum fuisset. Wielandus quidem in Sallustii  
iudiciis hoc Ciceroni et Miloni crimini dat, quod  
Sallustius ea senatu ejectus sit, falso autem, ut  
videtur. Nam Ciceronem, cum illis temporibus pro-  
vinciam administravit, si contra Sallustium egis-  
set, in libellis, quas scripsit multas, de Milone et  
Milonis amicis loquutum esse necesse est, quod  
vero in iis, quae nobis supersunt, multis fecus acci-  
dit. Ciceroni <sup>enim</sup> de Pompejo tantum, silentio et Milonem  
et Sallustium praeteriens, in libellis agit. Hoc acce-  
dit rumor ille, de Milonis et Ciceronis recuperata cum  
Sallustio amicitia. Itaque Appius Claudius Sallustio  
nil aliud obpicere potuit, quam quod contra Pompejanos  
sensisset. Nam de Clodio caede, quam Milo commiserat,  
et propter quam Crispus hominem illum praevum  
populo infectum reddiderat, ne verbum quidem dicere



rebus meritis, inimicitiam, inter Pompejum et Sallustium  
vigentem, continuare et domini inimicum, quum in  
rebus gerendis ipsis non posset, verbis laedere officium  
habuit suum. Quae cum ita sint, verba illa Lenaei, a  
Suetonio commemorata, non multum valere mihi  
videntur. Frustra Labellius Lenaei auctoritatem contra  
Melaendum defendere cupivit. Certe quidem apud Plini-  
um (Hist. lib. xxv. cap. 2) Lenaeus ille grammaticae artis  
peritus nominatur, et Pompejum in libris ad medicam  
artem pertinentibus, in linguam latinam vertendis dedisse  
narratur, sed hoc quid ad rem possit, non video. Lenae-  
us mihi minus in satira haec scribenda domini  
partem agere potuit.

Adest, ut nunc de declamationibus illis loquamur, qui-  
bus Cicero et Sallustii nomina inscripta sunt. Inter  
omnes viros crudelissimos haec duas declamationes  
falsis auctorum nominibus circumferri constat. Cor-  
nelius de hac re in Sallustii editione (p. 1048) copiose dispu-  
tauit, et jam dudum ante eum P. Victorius, Lipsius,  
Vossius alique viri docti declamationem utramque  
et quae Cicero et quae Sallustio vulgo adscribitur,  
cujuslibet potius factum fuisse ostenderunt, quam ut  
vere viris illis clarissimis adnumeraretur. Tum  
temporis hic apud grammaticos viguit mos, ut  
discipulis suis materiam quamlibet, saepe forme fo-  
ram, tractandam darent, Lenaei satira turpissima  
illa ad hanc rem gerendam aptissima videbatur,  
ex qua Sallustii vita foedissima appareat, praeter


ea ejus inimicitia cum Milone, Cicerois amico, nota  
erat. Haec grammaticum quendam dissertationes ha-  
buisse illis, quae ad nostra usque tempora pervenerunt,  
verisimile videtur. Talibus verbis obstruendis, et criminatio-  
nibus tam nefariis, quales in utraque inveniuntur dis-  
putatione, viri illi ut non potuerunt, grammaticus  
fane potuit, ut auditorum aures et oculos haberet, et  
discipulos doceret, qua ratione haec res agenda esset. Utra-  
que declamatio casu quodam fortuito ad nostra perve-  
nit tempora, et cum iis falsa auctorum nomina in-  
scripta sint, in auctorum nominibus confluentis multi-  
falsi sunt, utque dum, ut jam dicimus, doctissimi viri,  
Cicero et Sallustii scribendi generis quari, ostenderunt,  
multum abesse, ut declamationes his viris vindicarentur.

His rebus disputationes Sallustii non videtur ille, qui  
a plerisque vituperetur, sed homo optimus, quem juven-  
lus et aetelios suae praevitio ad vitam leviter agendam  
adduxerunt. Nam qualis testimoniorum superstitium  
auctoritas fuerit, ostendimus. Antiquitate omnino  
aliud accidit. Lactantio (Inst. II. 13) Macrobio (Saturn. II. 9)  
et Symmacho (Epist. ad Div. I. 68) et Lenaei satira et  
declamatione illae facile persuaserunt, Sallustium virum  
nequissimum et omnibus cupiditatibus deditum fuisse. Har-  
cus eo certius videbatur, quod Horatius loco supra citato  
Sallustii cujusdam, hominis mali, mentionem fecit,  
et illi ipsi de nostris tantum cogitaverunt Sallustio, nepo-  
lis immemores. Nil facilius fieri potuit, quam ut

alterum cum altero commutarent, et hanc ob causam  
falsè omnia narrarent. Ex his certe apparet omnium auc-  
torum illorum, quorum nomina attulimus, auctoritas in  
hac re nihil valere; ipsi falsi, alios fefellerunt.  
Accedimus nunc ad Sallustii praefecturam in Africa, quam  
tanta inhumanitate & injuria egisse dicitur, ut omnium  
civium odium sibi imposuerit, et post praefecturam fini-  
tam duri imperii accusatus sit. sed ut ea, quae ante de  
Crispi vita allata sunt, omnino falsa erant, ita Dio Caspi-  
us, qui hujus rei nobis auctor est, nefrens nobis aliquid  
falsi narravit. Rem videamus ipsam. Sallustius, quod Dio  
Caspius (xv. 63) confirmat, ex senatu ejectus, postea a Caesare  
restitutus, Praetor et Praefectus Numidiae creatus est.  
(cf. Dio Caspius xvii cap. 52. p. 209 D. ed. xlviii cap. 9. p. 217). Nam,  
Africano bello finito (DCCVIII anno p. R. c.) Sallustium, Ita-  
liae Proconsul factum, novo regno praepositum esse, et ex  
Dione Caspio l. l. est ex belli Africani auctore (cap. 97)  
constat. Dio Caspius bonis ad historiam scribendam usus  
fontibus, accusationem illam certe non pretulit, sed  
nihil minus ostendimus, Sallustium in hac re non ita  
damnari posse, ~~quae~~ Caesarem ipsum. Julium Caesarem  
eo tempore, quo Sallustium Proconsulem creavit, pecunia  
indiguise, et provincias quas armis devicisset, vectigalibus  
vexasse notam est. Dio Caspius ipse nonnullis (lib. xvi. 24  
xvii. 9.) narrat locis, belli incommo ditatem ex eo tantum  
intellectam esse, quod pecunia omnibus locis vi exprime-  
retur. Itaque verba illa Dionis: καὶ τούτων, inquit,

43  
ταῦτα τὰ δάσας πόλεις, μηδὲν ἀνδραπέρον, παρεβήβατο,  
καὶ τοὺς Νηλεῶδες ἀσπίδων, ἔσ τε τὸ ἐμπύκρον ἐπιήγαγε, καὶ τῶ  
Σταυροῦτι, ἰδίῃ μὲν ἀπέσσει, ἴσθι, δὲ ἀπέσει τε καὶ ἴσθι,  
ἐπέσει τε, ita interpretanda sunt, ut Caesari ipse, Sallustium  
omnium odium sibi paraturum esse, animum adverteat.  
Nam cum legati, Julia rege expulso, ad Caesarem venis-  
sent, ut se et urbem imperio Romanorum commenda-  
rent, et Caesari, cum Juliam a seruo occisum comperisset,  
Iamam ingressus esset, initio ita se gessit, ut optima  
quaeque expectarentur; nam iis tantam, quam regio  
erant, potius, praemiis donavit eos, qui urbem  
tradendam suassent, et Sallustio noxae provinciae  
Proconsule facto, (bell. Afric. cap. 97) Uticam praefectus est,  
dum omnes tempora felicissima instare sperabant. Caesari  
autem de alia re cogitavit. Sallustio iam mandaverat,  
ut pecuniam quam posset plurimam cogeret, et sibi mit-  
teret. Hoc Dionis verba docent. Quid Sallustio faciendum  
erat, nisi Caesarem gravissimum inimicum habere volu-  
it? pariter necesse erat. Et pariter. Praefectura finita  
cives eum duri imperii accusaverunt; Caesari autem ipse,  
qui hujus odii auctorem se sciret, reum liberavit. Nam  
si Sallustium sibi ipsi pecuniam paravisse, comperisset  
Caesari, eum multo aliter egisse, neque Crispam liberasse  
certe constat. Attamen cur Sallustius ad officium tam  
pravum se promptum profectus sit, quaeri potest; ambi-  
tio sola eum ad hanc rem perduxit, quam ipse (Catil.  
cap. II) excusat.

44  
Post hanc Numidiae praefecturam et Caesaris mortem, Sallu-  
stius, ut otio frueretur, se a negotiis publicis removit, et ani-  
mum ad Romanorum res gestas conscribendas impulit. Tran-  
quille vitam in hortis degit, qui, omnibus bonis instructi,  
pulcherrimi nominantur. Sunt quidem nonnulli, qui Sallu-  
stium ad hortos bene parandos divitiis uti dicant, quas sibi in  
Numidia rapuerit, sed non ideo cur ad rem tam pravam  
confugerit Crispus, cui occasio, et iure sibi magnam pecuniam  
pararet, non deesset, huc accedit Caesaris munificentia, quae  
multum ~~deceat~~ ad hortos exornandos attulit. Sallustius  
ibi res gestas populi Romani magnas perscripsit, unde eum  
historiarum Romanorum principem, et virum bonum fuis-  
se, semper patebit.



P. Berxer.

